



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Arsenivs C. 16. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

354 VITA SANCTORVM. 16. Iulij.
TIVVS umbilicum, NEMESIUS cor trajicatur, & omnes aduersa vulnera sibi gratulantur. Nam EYGENIUS in duas partes, at LYSTINVS, ut amplius augeret fraternal aciem, membratim dissecatur. Denique STACTEVVS omnium telorum stat scapus. Neque jam Tyrannus prohibere potuit, quod mihius fratres secutus ad astra evolaret: pennas ut sagittarum addiderunt. Ex Rom. Brev.

Est bonorum Adolescentulorum, timorem Dei habere, deferre parentibus honore, castitatem tuendam aspernari humilitatem, diligere clementiam ac virgundiam; qua ornamenta sunt minoris etiam S. Bern. de Ord. Vitæ.

S. ARSENIUS C. 16. Iulij.

A RSENIUS bonis artibus & virtutibus juxta clarus Arcadium & Honorium Theodosii Aug. filios literis imbuendos & pietate accepit: quod muneris tanti pius Imp. fecit, ut eum non filiorum modo, sed suum etiam parentem dici voluerit. Quid? quod ubi sedentes pro dignitate stans docuit, interveniens Theodosius stare imposterum filios & audire sedentes jussit, timendas imperii secures literatis scholæ fascibus submittens, quos cum in gravius delinquentem Arcadium strinxisset ARSENIUS, necem ille Doctori inferre molitus est, penè Nero ex Arcadio factus. Adeò non jam primum bonorum Magistrorum didactron odia & insidiae sunt discipulorum. ARSENIO interim vox cælo hæc accidit: *Fuge, tac, quiesce. Fugit itaque, sed aule servitutem: tacitum Eremi discipulus, sed Doctorem Angelum habuit.* Hic vana hominum studia illi depinxit primò in Æthiope, qui levando, cui impax erat, oneri, ali-

atque alia identidem ligna adjiciebat; tum in homine, qui aquas ridiculè cribro hauriebat: demum in duobus, qui cum tigno transverso angustam subire portam contendebant; è quibus primus peccantium, alter ambitionum, duo alii invidorum erant typus. Denique beatâ morte ARSENIVS quievit annos natus C. XXI. & tunc etiam talisque mortem horruit. Cettè vivus semper cum strophio visus est, quod lacrymas biberit, quas mors exprimebat, expressura etiam nobis, si cum ARSENIO memoria impressam altius gestaremus. Ex Metaphr.

Necesse est, ut illucescat dies patientia, per quam omnia dura tacita amplectaris conscientia, te magis dijudicans, cui displicent, que ad salutem sunt. & in cogitatione tuâ semper partem Magistri adversus temetipsum juvans, teq[ue] accusare, illum excusare laborans. S. Bern. serm. de Circum-

S. M A R G A R I T A V. M . 29. Iulij

M A RGARITAM in manus damus, vel cælo judec dice pretiosam. Adolescentula clam parentibus Sacra nostra edocta est. Eam ob causam ad Olybrium Præsidem raptata fuit, ipso (nefas!) parente filiam accusante. Gravius etiam periculum cudebatur, quando Iudex à formâ MARGARITA captus amatorem induit, & mollibus armis, blanditiis pugnam movit. Elusit tameu infidias Virgo prudens, & Præses larvâ amoris positiâ tyrannum prodidit. Virgis initio cæsa, tum uncis lacerata & in carcerem data. Ibi quoque fatigatam recens hostis Orcus exceptit, Draconis exuviis horrendus. Sed hunc objecto scuto Crucis repulit, precumque jaculis confixit. Victrici Superi trophaeum